



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

In Tertiam partem Directorij Inquisitoru[m] Nicolai Eymerici p[rae]fatio &
arg[umentu]m.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

IN TERTIAM PARTEM DIRECTORII INQUISITORVM

Nicolai Eymerici Praefatio, & Argumentum.



CORPVS Humanum mirabili quadam elementorū symmetria, et quasi cōsen-
sione, atq; concordia diuinitus constitutum, per varios casus, & rerū diuersa ac-
cidentia, dissoluta ea consensione, a metriaque accedente, in tetras, infaustas, in-
felicesque calamitates, & morbos labi, & incidere quotidie conspiciuntur. ex his
quidam medicorum pericia, & medicamentorū ope (iuuante tamen natura) lon-
ge lateque expulsi, sanitati cedunt, corpusque ipsum autē afflictum in pristinū
constitutionis statū reuertitur, & conseruantium pharmacorum virtute muni-
tum feliciter roboratur. Alij contra, humorum malignitate peccante adeo pesti-
lentes existunt, vt prorsus incurabiles, totiusque remedij expertes efficiantur:
qui (nisi vel ferro vel igni protinus occurratur) synceras sanasque partes sua imata malitia corruptentes,
& vicinitate deprauantes, paulatim totum corpus velut crudeles inimici, trucesq; tyranni immani feritate,
atque sentitia inuadentes, quasi diripiunt & depopulantur. his tamen vnicum remedium est ferro protinus
refecare, iuxta illud.

..... Aed immedicabile vulnus.

Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

His prorsus similia in vitis animi, morbis corporis lōge crudelioribus, & immaniorib. licet velut in claro
speculo, aut aqua limpidissima contemplari: quorum quidam perturbant equidem mentem, rationemq; prepe-
dunt: at quia summa abest malitia, non omnino insciunt corrumpunt vt diuinam intellectus facultatem.
Alij tamē tanta sunt iniquitate, & malignitate affecti, vt quod est in homine pulcherrimū, excellentissimū
& prorsus diuinum auferant, & extinguat. Inter hos est hereficos crimen, morbus mētis, & intellectus om-
nium foedissimus, grauissimus, & pestilentissimus: qui quamprimum animum alicuius infeliciter inuasit,
primum fidem, ceteras deinde virtutes diuinas corrumpit, violat, auferit. Hoc tamen morbo egrotantes sa-
nari interdum, siunt tamen interdum sua culpa incurabiles, & omne remedij genus detrectantes: at quia
morbus est spiritalis, & proinde magis occultus, & latens: ideo difficile sanatur, difficilium oportuna medica-
menta inueniuntur, & omnium difficillime aptus medicus potest reperiri. Caterum ne in hac parte, quae om-
nium erat grauissima, & vtilissima, reipublica Christiana defuisse videretur Eymericus, vir, vt mihi vide-
tur, ad fidei negotia prudenter, & pie peragenda diuinitus natus, cū in superiori operis parte docuisset mor-
bos, generaue morborum, & egrotorum, in quibus plantata fides, aut quasi fracta fuerat, & debilitata, aut
violata omnino, & radicitus auulsa: noue mirabili prorsus arte velut prudens medicus rem aggreditur ma-
gnam, prestantem, & fere omni humano ingenio maiorem. tradit enim quidquid ad deprehendendū hereficos
morbum occultum, & latentem exigitur: quidquid ad cognoscendam egrotantium malitiam attinet: quid
quid ad sanandos hereficos requiritur: remedia omnia prudentissime demonstrat: Iudices violatae religio-
nis (qui sunt ad curandam, & auellendam herefem medici a summo Pontifice Romano destinati) instruit:
vt intelligant, quos, quibus, & quando, & quomodo curare oporteat. Qua ratione ad salutem reuocati here-
tici per penitentiales penitentias, quasi per medicinas salutare in sanitate debeant conseruari, de-
monstrat: & quomodo desperati, & incurabiles, hoc est, pertinaces e consorcio fidelium eijciantur, ne ui-
cinitate, & morbi contagione proximos, quosque fideles insciant, & corrumpant diligenter ostendit: qua-
les sint medicorum, hoc est, iudicum in hac re partes edocet; quae ministrorum officia, & munera tractat
abunde. ita denique rotam in hoc negotio procedendi seriem, & ordinem ponit ob oculos, vt nullus
fauus sit vel mediocriter eruditus, qui cum hunc laborem fuerit intutus, & secutus, non facile
suo muneri, & officio satisfaciat, & in sanctissimo Inquisitionis officio, non etiam possit sanctissimi-
me (vt decet virum inquisitorem) versari. Cuncta vero qua ratione (quod erat longe difficillimum)
debeant ad praxim reuocari, singulari methodo ostendit. Tandem si quae difficultates (quod saepe
contingit) in officio inquisitionis vel in iudicium personis, vel in ministrorum creatione, & officio,
vel in penus aut penitentis iniungendis vel remittendis, vel temperandis; vel denique in alijs
quibuscumque, quae breui oratione recenseri non possunt, oriuntur, opportune omnibus in sine huius ope-
ris centum & triginta propositis questionibus occurrat Eymericus adeo feliciter, vt saepe sim hominis inge-
nium, laborem vero & industriam in primis admiratus, qui eo tempore quo bona fere littera sepulta iace-
bant, librorumque erat non parua penuria, potuerit tam felix, tam copiosum, & eruditum opus absol-
uere. Iam in singulis edocendis non frivolis, & caducis rationibus, sed vel apertis Pontificum summorum
definitionibus, vel Conciliorum decretis, vel sanctorum Patrium dictis, vel probatorum iurisperitorum gra-
uibus sententijs, & doctrinis vtitur: quae res maiorem sibi honorem, & operi auctoritatem merito est alla-
tina. Caterum singula qualia sint, series & ordo docendi abunde monstrabunt.